UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Bavonis Collegivm Cathedrale Harlemense in Hollandia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

ſidia totidem Capellanijs, ad S. Vitum, in Canonicatus transformatis; & ſic in hoc Capitulo vnà cum Epiſcopo ſedecim ſolent eſſe Canonici; vt tradit Suffridus Petrus in Appendice ad Ioannis Becani hiſtoriam Epiſcoporum Vltraiectinorum.

CAPVT CXXVIII.

S. BAVONIS COLLEGIVM CATHEDRALE *Harlemenſe in Hollandia.*

Capitulum iſtud Cathedrale conſtitutũ fuit, ex monaſterio *de Heylo* Canonicorum regularium prope Alcmariam, & ex Capitulo Canonicorum in *Geervliet.* Quod quidẽ Capitulũ ex Geervlito Harlemũ an. 1571. tranſtulit Godefridus à Mirlo II. Epiſcopus Harlemenſis.

Opida diœceſis Harlemenſis ſunt iſta: Harlemum, Amſtelodanũ, Alcmaria, Beuervvicum, Monichedamum, Edamum, Purmerenda, Horna, Enchuſa, & Medenblicum.

Primus Epiſcopus Harlemenſis fuit *Nicolaus de noua terra,* Georgij Egmundani, Vltraiectenſi Epiſcopi olim ſuffraganeus, qui cùm annis decem præfuiſſet, ob aduerſam valetudinem, Epiſcopatu ceſsit.

Nicolao anno 1571. ſuffectus eſt *Godefridus à Mirlo natus,* in pago Campiniæ Brabantinæ, eiuſdem nominis, ex ordine Fratrum Prædicatorum conuentus Siluæ-ducenſis.